§ VII. Ani mienka stoikov nebola lepšia, lebo títo sa domáhajú už nie zárodok cnosti, ktoré sme teraz videli, ale samotnú θεϊότητα – božskosť predstierajú so skutočne spupnou trúfalosťou. Práve tak iní hovoria, že ľudské duše sú μορία καὶ ἀποσπάσματα^s čiže „čiasťčky a úlomky Boha“ alebo podľa Cicerónovho výkladu^t tvrdia, že duše sú načerpané alebo odkvapnuté z prirodzenosti Bohov.

^p Ibidem, II, 5.

^q Tuskulské rozhovory III, začiatok.

^r Základy rétoriky, posledná kniha, posledná kapitola.

^s Epictetus, U Ariana I, 14, 60.

^t O veštení I. a Tuskulské rozhovory V.

Alii^u ἐκάστου νοῦν θεὸν, *uniuscuiusque mentem Deum esse et inde profluxisse adfirmabant. Caussam tantae ambitionis, Seneca^v reddidisse sibi visus est, cum hoc inquit, animus habet argumentum divinitatis, quod illum divina delectant. Absona haec oppido et extra modum absurda sunt omnia.*

Interim excusatius erravissent sapientum fastosissimi, si hanc dignitatem homini servassent propriam, sed enim ita erant liberales, uti eandem divinae originis animam brutis adtribuere nihil pensi haberent. Antoninus:^x *Una anima brutis animantibus est distributa, una mens rationem adeptis, quemadmodum una est terrenorum terra. Scilicet communi quadam consensione docebant diffusam per res creatas omnes divinam essentiam sola operationum diversitate discretam esse.*

Quem nocentissimum errorem, ne ethnici quidem saniores poterant sine reprehensione dimittere. *Pythagoras*, inquit Cicero,^y *qui censuit (Deum) animum esse per naturam rerum intentum et commean-tem, ex quo nostri animi caperentur, non vidit distinctione animorum humanorum, discerpi et dilacerari Deum et cum miseri animi essent, quod plerisque contingeret, tum Dei partem esse miseram, quod fieri non potest. Recte omnino, sive enim coniunctam cum Deo, animam hominis dicant, sive discretam ab eo utrobique crimine impietatis contaminabunt sententiam ex se absurdissimam, eo quod Deum statuent, vel dissectum in partes, vel certe iisdem, quibus animi hominum molestiis obnoxium.*

^u M. Aurelius Antoninus De se ipso ad se ipsum lib. XII. § 21.

^v Praefat[io] Quaestion[um] Naturalium.

^x Lib. IX. § 6.

^y De Natura Deor[um] lib. I

Ďalší tvrdili, že ἐκάστου νοῦν θεὸν,^u myseľ je Bohom každého a odtiaľ pramení. Samotný Seneca sa domnieval, že prišiel na príčinu takej veľkej ctižiadosti, keď povedal toto: „Duša má dôkaz božskosti v tom, že ju teší to, čo je božské.“^v Tieto všetky názory sú veľmi nesúhlasné a nadmieru absurdné.

Medzitým by sa ospravedlniteľnejšie mýlili najvyšší z mudrcov, keby vyhradili túto dôstojnosť ako vlastnú iba človeku. Boli však takí liberálni, že túto dušu božského pôvodu bez najmenšieho váhania priradzovali nerozumným zvieratám. Antoninus: „Jedna duša je rozdelená medzi nerozumné živočíchy, jedna myseľ tým, ktorí dosiahli schopnosť myslenia tak, ako je jedna zem pre pozemšťanov.“^x Veru učili aj v akejsi spoločnej jednomyselnosti, že božská podstata je rozptýlená po všetkých stvorených veciach a odlišená iba vďaka rôznosti činností.

Tento nanajvýš škodlivý blud nemohli bez pokarhania nechať ani rozumnejší pohanovia. Cicero hovorí: „Pytagoras, ktorý považoval (Boha) za ducha nasmerovaného a prichádzajúceho skrze prirodzenosť vecí, za ducha, ktorým sú naše duše zamerané, nevidel, že Boha tou rôznosťou ľudských duší rozdrobuje a roztrháva, a keďže jestvujú duše biedne, čo sa vo väčšine prípadov príhodi, potom by časť Boha bola biedna, čo sa nemôže stať.“^y A celkom správne by hovorili, že alebo bola duša človeka spojená s Bohom, alebo bola od neho oddelená, no pritom na jednej i druhej strane budú previnením bezbožnosti vnášať nákazlivú myšlienku, už samu o sebe vrcholne zvrátenú, pretože predstavujú Boha buď rozdeleného na časti, alebo naskrze závislého od tých ťažkostí, ktoré zasahujú ľudského ducha.

^u M. Aurelius Antoninus, O sebe samom sebe samému XII, § 21.

^v Otázky prírodnej filozofie, predhovor.

^x O sebe samom sebe samému IX., § 6.

^y O pôvode bohov I.

§ VIII. Hinc porro nocentissimus manavit error, qui pestilens istud virus, morum doctrinae adfudit, *virtutem in sua potestate habere mortales, doctrina adsuefactione et exercitatione excitandam, neque opus esse, ut eam implorent a numine impetrentque*. Et stoici quidem ad insaniam usque fastosi heic fuerunt. Diserte Seneca:^z *Stultum est, inquit, bonam mentem optare, cum possis a te impetrare. Non sunt ad coelum tollendae manus, nec exorandus aedituus, ut nos ad aures simulacri, quasi magis exaudiri possimus, admittat: prope est a te Deus, tecum est, intus est*. Ubi quidem non ab re mireris, quod ἐπιγραφή epistolae, editionis Iohannis Friderici Gronovii exclamet: *O praeclaram altamque epistolam!* Melius omnino atque dignius homine Christiano eximius alioquin Senecae et Stoicorum adsentator Lipsius:^{aa} *Abhorreo, inquit, et despicio!* Eandem Stoicorum mentem Cotta apud Ciceronem^{bb} expressit: *Atque hoc quidem omnes mortales sic habent, externas commoditates, vineta, segetes, oliveta, ubertatem frugum et fructuum, omnem denique commoditatem, prosperitatemque vitae a Diis habere: virtutem autem nemo unquam acceptam Deo retulit. Nimirum, recte, propter virtutem enim iure laudamur et virtute recte gloriamur, quod non contingeret, si donum a Deo non a nobis haberemus*.

Et post pauca: *Num quis, quod bonus vir esset, gratias Diis egit unquam? At quod dives, quod honoratus, quod incolumis. Iovemque optimum maximum ob eas res adpellans, non quod nos iustos, temperatos, sapientes efficiat, sed quod salvos, incolumes, opulentos, copiosos. Atque iterum: Iudicium hoc omnium mortalium est, fortunam a Deo petendam*

^z Epist[ola] XLI. p. m. 100, p. m. 1168.

^{aa} Lib. III., Maduct[i]o ad stoic[am] philosophiam c. XIV. p. 139. cum similia epist[ola] LIII. ante fin[em] verba recitasset.

^{bb} Lib. III., de Nat[ura] Deor[um] sub finem.

§ VIII. Od tých čias sa potom rozšíril veľmi škodlivý blud, ktorý ako onen nákazlivý vírus do učenia o mravoch prilieval názor, že cnosť má vo svojej moci smrteľníkov, a že nie je potrebná náuka, ani navykania a cvičenia na jej prebúdzanie, ani to, aby ju s plačom žiadali a získavali od Boha. A stoici boli v tejto veci neprestajne až bláznivo namyslení. Výrečne hovorí Seneca: „Je nerozumné priať si dobrú myseľ, keď ju môžeš dosiahnuť sám od seba. Nie je potrebné dvíhať ruky k nebu a nie je potrebné ani uprosiť strážcu chrámu, aby nás pustil dnu k ušiam sochy, ako keby sme mohli byť viac vypočutí. Boh je blízko pri tebe, je s tebou, je v tvojom vnútri.“^z V tomto prípade sa nečuduj tomu, čo celkom od veci volá nadpis listu vo vydaní Jána Fridricha Gronovia: „O preslávný a vznešený list!“ Omnoho lepšie a hodnejšie kresťana hovorí inak vynikajúci pochlebník Seneku a stoikov Lipsius:^{aa} „Desím sa a odplúvam!“ Toto isté myslenie stoikov vyjadruje u Cotta Ciceróna slovami: „A tak zaiste všetci smrteľníci sú tej mienky, že od bohov majú vonkajšie výhody, vinice, úrodné polia, olivové záhrady, hojnosť úrody a jedným slovom každý benefit a priazeň života, nikto však Bohu nikdy nepripisoval, že od neho dostal cnosť. Zaiste sa náležite a právom chválime práve vďaka cnosti a ňou sa oprávnene hrdíme, čo by sa nestalo, keby sme si nemysleli, že je darom od Boha.“^{bb}

A potom stručne dodáva: „Či vzdával niekto niekedy vďaka bohom, pretože je dobrým mužom? Alebo preto, že je bohatý alebo ctený, alebo že žije nepostihnutý pohromou? Nenazýva Jova Najlepším a Najväčším pre tieto veci, a nie preto, že nás robí spravodlivými, zdržanlivými a múdrymi, ale preto že nás zachováva zdravých, nepostihnutých, bohatých a mocných?“ A znova inde: „Toto je úvaha

^z Seneca, Listy XLI, 100, 1168.

^{aa} Úvod do stoickej filozofie III, 14, s. 139, keď predniesol podobné slová na konci listu LIII.

^{bb} O pôvode bohov III, pred koncom.

*a se ipso sumendam esse sapientiam. Ita illi, quod arduum magis ac difficile virtutem sibi tribuebant, numinis haud indigi contra diis, quod caducum atque extra se positum. Nequiter Horatius:^{cc} *Det vitam, det opes, aequum animum mihi ipse parabo. Ut taceamus Stoicorum modestissimi M. Aurelii Antonini insaniam.*^{dd}*

§ IX. Sed dicat fortassis aliquis, priscorum istas fuisse aberrationes, sicuti pridem reiectas declinatasque, ita neque metuendas hodie, neque exprobandas ethicorum scholis. Ego vero id contra se habere, si nullis argumentis aliis usu profecto et experientia quotidiana, docere ausim. Quis enim nescit, vulgares illos ethices libellos, qui sive ex Nicomacheis Aristotelis conflati, sive Stoicae adtemperati sunt severitati, ita factos esse, ut hominem, in quo excitanda virtus est, integrum fere et quasi a labe omni alienum sistant.

Adeo nullam in iis corruptionis humanae legas mentionem, quam tamen detexisse oporteret ante omnia, ut mature iuventus ab inani obtinendae virtutis, spe illa deiiceretur, nisi emendari voluerit atque ab auctore virtutis Deo praeparari ad sancti inculpatique moris studium. Non sum quidem nescius multa de facultatibus animae, in iisdem libellis praecipere solere, disputari intellectu et voluntate de appetitu sensitivo et qui hunc distinent adfectibus, de spontaneo et coacto

^{cc} Lib. I., Epist[ola] XVIII.

^{dd} Lege omnino Celeber[rimi] I[oannis] F[rancisci] Buddei Dissertationes de erroribus Stoicorum in philosophia morali.

všetkých smrteľníkov, že treba od Boha prosiť šťastie, od seba samého treba prijímať múdrosť.“ A tak to, čo je náročné a obťažnejšie, pripisovali iba sebe a nemysleli si, že za to vďačia božstvu, kým to, čo je pominuteľné a leží mimo nich samých, naopak, prisudzovali bohom. A Horatius hanebne hovorí:^{cc} „Nech mi dá život, nech mi dá bohatstvo, pokojnú myseľ si zabezpečím sám.“ A to pomlčme o nerozumnosti M. Aurelia Antonina, najmiernejšieho zo stoikov.^{dd}

§ IX. Ale niekto by azda mohol povedať, že tieto poblúdenia boli poblúdeniami predkov a že boli takpovediac dávno zavrhnuté, a že sa ľudia k nim neprikláňajú, a tak sa ich dnes netreba obávať, ani ich netreba vyčítať školám etikov. Ak by som si trúfol nepoučovať nijakými inými dôkazmi, ale výlučne praxou a každodennou skúsenosťou, odvážil by som sa tvrdiť, že vec sa má celkom opačne. Kto totiž nevedel, že ony knižky o morálke bežne rozšírené boli vytvorené alebo na základe Aristotelovej Etiky Nikomachovej, alebo boli upravené s primiešaním prísnosti stoikov, a že boli vytvorené tak, aby človeka, v ktorom treba povzbudiť cnosť, predstavili ako takmer bezúhonného, takpovediac vzdialeného každému hriechu.

Preto by si si v nich nemohol prečítať nijakú zmienku o ľudskej skazenosti, hoci práve tú by sa patrilo predovšetkým odhaľovať, aby bola mládež v pravý čas odvrátená od onej prázdnej nádeje na dosiahnutie mravnosti, ak sa nebude chcieť dať napraviť a vopred pripraviť Bohom, pôvodcom cností, k štúdiu posvätnnej mravnosti, ktorá je bez hriechu. Samozrejme, ja veľmi dobre viem, že sa v týchto knižkách zvykne obšírne poučovať o schopnostiach duše, že sa diskutuje o intelektu i vôli, o zmyslovom púde a o citoch, ktoré ho brzdia, uvažuje

^{cc} Listy I, 18.

^{dd} Prečítaj Dizertáciu o omyloch stoikov v morálnej filozofii, ktorej autorom je najslávnejší Jozef Franz Buddeus.

reliqua at enim vero sicuti ea omnia λεπτολογίαν redolent Aristotelicam, ita non modo non adducunt adolescentes ad ingenitae pravitatis agnitionem, sed fidentiores etiam reddunt et mirum in modum sibi placentes, quod mentem sibi inesse credunt, egregie instructam atque producendae virtuti idoneam.

Tantum enim abest, ut id, quod in unaquaque facultate pessimum est, indicent ethnicae virtutis architecti, ut potius nihil elaborent magis quam ne patescant naevi earum, sed verborum quodam tecti artificio sese commendent. Si quid autem de labe hominum fateri eos oporteat desultoria id levitate faciunt parum sibi temperantes, quin eam vel a materiae habitu, quod fecit Aristoteles vel actibus vitiosis derivent.

§ X. Atque istud est, quod severissime iterum increpuit b[eatus] Lutherus docuitque, si in ulla re alia in hac profecto elaborandum nobis esse, ut congenitae pravitatis magnitudo patescat. *Habemus, inquit,^{ee} voluntatem et rationem, sed quam multipliciter vitiatam! Sicut enim ratio, ignorantia multiplici oppressa est, ita voluntas, non perturbata solum, sed aversa a Deo et inimica Deo est, quae cum voluptate ad malum fertur, ubi diversum faciendum erat. Non itaque haec naturae multiplex corruptio, extenuanda, sed magis amplificanda est, quod homo ab imagine Dei a notitia aliarum creaturarum omnium ab honestissima nuditate in blasphemias, in odium, in contemptum Dei, immo quod plus est, in inimicitiam erga Deum, lapsus est. Taceo iam de tyrannide Satanae, cui propter peccatum misera haec natura subiecta est. Amplificanda, inquam, haec*

^{ee} Comment[atio] in Genesin, cap. III. I. Consule omnino Disp[utationem] s[apientissimi] r[everendissimi] Paulli Antonii, de discrimine Praxeos Philosophicae et Theologicae].

sa i o ostatných veciach, týkajúcich sa dobrovoľnosti a vynútenosti. V konečnom dôsledku však tieto všetky zaváňajú Aristotelovým zmyslom pre detaily. A nielenže sa takto privádzajú mladí k prijímaniu vrodenej skazenosti, ale stávajú sa aj seabavedomejšími a priam neuveriteľne sa páčia sami sebe, pretože veria, že myseľ, ktorá je v nich, je znamenito vystrojená a vhodná k produkovaniu cnosti.

Už len toľko chýba, aby to, čo je v každej schopnosti najhoršie, architekti pohanskej mravnosti predvádzali, aby sa o nič väčšmi neusilovali len o to, aby sa neukázali kazy ich materinských znamienok, ale aby krytí akýmsi manipulovaním so slovami sami seba odporúčali verejnosti. Ak by však bolo treba prisvedčiť niečo o ľudskom previnení, urobia to s krasojazdeckou ľahkosťou, málo si dávajúc pozor, aby ju odvodzovali či už z charakteru matérie, ako to urobil Aristotelés, alebo z hriechnych činov.

§ X. A totohľa tvrdenie je to, čo slávny Luther veľmi prísne skritizoval a vysvetlil, že ak sa nám treba usilovať o nejakú inú vec, potom zaiste najmä o to, aby sa odhalila veľkosť vrodenej skazenosti. Povedal: „Máme vôľu a rozum, ale ako mnohonásobne sú pokazené! Veď ako bol rozum pokazený mnohonásobnou nevedomosťou, tak vôľa bola nielen uvedená do zmätku, ale aj odvrátená od Boha a je nepriateľská voči Bohu. Rozum je spoločne s vôľou unášaný ku zlu, keď bolo treba konať opačne. A tak táto mnohonásobná skazenosť prirodzenosti nemá sa brať na ľahkú váhu, ale skôr ju treba zdôrazňovať, pretože človek upadol od Božieho obrazu, od znalosti všetkých ostatných stvorení, od počestnejšej nahoty do zlorečenia, do nenávisťi, do opovrhovania Bohom, a čo je oveľa horšie – k nepriateľstvu voči Bohu. Pomlčím v tejto chvíli o tyranstve satana, ktorému je pre hriech podriadená táto úbohá prirodzenosť. Hovorím, že treba zdôrazňovať

sunt, propterea quod nisi recte cognoscatur magnitudo morbi remedium quoque non cognoscitur, nec desideratur. Quanto enim peccatum magis extenuaveris, tanto quoque gratia magis vilescet. Ita Lutherus. Quod autem bonos malosve actus, bonum aut malum virum facere dicunt peripatetici, indignabundus hunc in modum reiicit:^{ff} Fortiter teneamus, tota via errare philosophiam moralem peripateticam, quae dicit: faciendo iusta, temperata, efficimur iusti, temperati etc. Non sic, impii, non sic! Sed iusti temperatique facti, facimus iusta et temperata. Iusti autem efficimur per fidem.

Et alibi:^{gg} Vera sunt, inquit, haec duo: Bona opera non faciunt bonum virum, sed bonus vir facit bona opera. Mala opera non faciunt malum virum, sed malus vir facit mala opera. Ita ut semper oporteat ipsam substantiam aut personam esse bonam ante omnia bona opera et opera bona sequi ac provenire ex bona persona, sicut et Christus dicit: mala arbor non facit bonos fructus, bona arbor non facit malos fructus. Clarum autem est, quod fructus non ferunt arborem, nec arbor crescit in fructibus, sed e diverso arbores ferunt fructus, fructus crescunt in arboribus. Utinam haec istiusmodi admitterent ad animum ethicae virtutis patroni!

§ XI. Ita cum a ianua, quod est in proverbio, aberrare fecissent discipulos suos inficeti gentilium nugarum, magistri, non poterant non agendi principia, iis commendasse a Spiritu Christi aliena atque gratiae eius omnino adversa. Solent ea, docendi caussa, vulgo, distingui varie.

^{ff} Tomo II. Ien[ae] Lat[ine], p. 145 a.

^{gg} Tom. I. Ien[ae] Lat[ine] p. 440 a.

tieto fakty, pretože nespoznajú správne veľkosť choroby, ani nevnájdu liek, ba ani ho nebudú hľadať. Totiž o koľko viac zľahčíš hriech, o tolko viac sa znehodnotí aj milosť.“^{ee} Takto hovorí Luther. Peripatetici tvrdia, že dobrého muža robia dobré skutky, zlého zlé, a Luther to rozhorčene odmieta takýmto spôsobom: „Pevne sa držme toho, že morálna filozofia peripatetikov sa mylí na celej čiare, keď vyhlasuje: konaním spravodlivých a zdržanlivých skutkov sa stávame spravodlivými, zdržanlivými atď. Nie takto, bezbožníci, nie takto! Ale ak sme sa stali spravodlivými a zdržanlivými, konáme spravodlivé a zdržanlivé skutky. Spravodlivými sa stávame vďaka viere.“^{ff}

Na inom mieste hovorí: „Pravdivé sú tieto dva výroky: Dobré skutky nerobia z človeka dobrého muža, ale dobrý muž koná dobré skutky. Zlé skutky nerobia z človeka zlého muža, ale zlý muž koná zlé skutky. A tak ako je vždy potrebné, aby bola samotná podstata alebo osoba dobrá pred každým dobrým skutkom a aby dobré skutky vychádzali a rodili sa z dobrej osoby, tak aj Kristus hovorí, že zlý strom nerodí dobré ovocie a dobrý strom nerodí zlé plody. Avšak je jasné, že plod nepriňaša strom, ani strom nerastie v plodoch, ale opačne, stro- my nesú plody, plody rastú na stromoch.“^{gg} Kiež by zmyšľanie tohto druhu vstúpilo do duši zástancov pohanskej morálky.

§ XI. Ako o tom hovorí príslovie: keď učitelia poškvrení pohanskými omylmi spôsobili, že ich žiaci zabľúdili z brány, museli im odporúčať zásady konania, ktoré sú odvrátené od Kristovho Ducha a naskrze nepriateľské voči jeho milosti. Kvôli učeniu sa zvyknú bežne rozde- lovať rozmanito.

^{ee} Komentár ku knihe Genesis III, 1.

^{ff} Latinské vydanie v Jene II, s. 145.a.

^{gg} Latinské vydanie v Jene I, s. 440.

Sunt autem nobis: *effectivum, normativum, impulsivum*. Et *effectivum* quidem illud *principium*, si pronunciamus ex vero est, in morali ethnicorum philosophia, *caro est et sanguis*, hoc est eadem illa pravitas, quam divinus Spiritus, יָצַר לֵב הָאָדָם רַע *figmentum cordis malum*, adpellat,^{hh} ut non iniuria quis *purum putum ethicum, purum putum Pelagianum* et si quid eo deterius est, dicere possit. Revera enim ex se virtutem fingunt, sicuti aranea telam. Sed quid de praeclaro isthoc agendi principio, quod tantis laudibus efferunt philosophi atque Seneca in primis, existimandum sit b[eatus] Lutherus,ⁱⁱ egregie docet:

*Vocat, inquit, Moses figmentum ipsum rationem cum voluptate et intellectu, etiam tum, cum de Deo cogitat cum honestissimis operibus exercetur, sive politicis sive oeconomicis. Semper enim est contraria legi Dei, nec liberari ad hoc malo potest, suis verbis secundum sententiam Christi: liberi eritis, si vos liberaverit filius. Si igitur hominem voles vere definire, ex hoc loco definitionem sume, quod sit animal rationale habens cor fingens. Quid autem fingit? Respondet Moses: malum contra Deum scilicet seu legem Dei et homines. Tribuit igitur scriptura homini rationem non otiosam, sed semper aliquid fingentem. Figmentum autem hoc vocat malum, impium, sacrilegum, contra philosophi vocant bonum etc. Atque ex ista quidem lacuna, actus suos omnes derivant philosophi gratiae divinae ignari. Neque melius de *normativo*, quod vocant *principio* sentiunt.*

Naturam Stoici, Aristotelici rationem, de qua nunc diximus, crepant. Hoc est, si cum Paulo velis loqui,^{kk} τὸ φρόνημα τῆς σαρκὸς. Utrosque graviter refellit Lutherus:^{ll} *Opponunt, inquit, Aristotelis*

^{hh} Genes. VIII, 21.

ⁱⁱ Comment[atio] in Genes[in] ad h[unc] l[ocum].

^{kk} Rom. VIII, 7.

^{ll} Ibidem cap. III, I.

My rozoznávame tieto princípy: *spôsobovací, normatívny, podnetový*. *Spôsobovací* je tento princíp: ak sa má podľa pravdy v morálnej filozofii pohanov vyhlásiť(, že) telo je aj krv, to je taká istá zvrátenosť, ktorú Duch Boží יָצַר לֵב הָאָדָם רַע nazýva zlým zmýšľaním srdca.^{hh} Takže by mohol niekto oprávnene povedať, že je čiročistý etik, čiročistý pelagián, ak nie ešte niečo horšie od toho. V skutočnosti totiž cnosť vytvárajú zo seba, tak ako pavúk pavučinu. Ale čo sa má súdiť o tomto preslávenom princípe konania, ktorý takými veľkými chválami vyzdvihovali filozofi a predovšetkým Seneca, to vysvetľuje znamenito blažený Luther.

Hovorí: „Mojžiš nazýva rozum samotným preludom, jednak čo do vôle a chápanosti, a takisto vtedy, keď rozmýšľa o Bohu, keď sa zaoberá najvznešenejšími otázkami či politickými alebo ekonomickými. Vždy je totiž v opozícii k Božiemu zákonu, ani nemôže byť oslobodený od tohto zla svojimi silami v duchu Kristovho výroku: budete slobodní, ak vás oslobodí syn. Ak by si teda chcel skutočne definovať človeka, z tohto miesta sa chop definície, že je to *rozumný živočích majúci srdce schopné vymýšľať*. O čom však premýšľa? Mojžiš odpovedá: pravdaže o zle voči Bohu alebo o Božom zákone a ľuďoch. Písmo teda človeku prisudzuje myslenie, ktoré nie je nečinné, ale neustále niečo vymýšľa. Tento výmysel nazýva zlým, bezbožným, svätokrádežným, naproti tomu filozofi ho nazývajú dobrým a podobne.“ⁱⁱ A tak zaiste z tohto nedostatku filozofi odvodzujú všetky svoje skutky ako neznalí božej milosti. A nič lepšie si nepredstavujú ani pod tým, čo nazývajú *normatívny princíp*.

To, o čom sme teraz hovorili, určujú stoici ako prirodzenosť, aristotelovci ako myslenie. To znamená, ak by si chcel s Pavlom povedať: τὸ φρόνημα τῆς σαρκὸς – zmýšľanie podľa tela.^{kk} Luther dôrazne

^{hh} Gen VIII, 21.

ⁱⁱ Komentár ku knihe Genezis.

^{kk} Rím 8, 7.

sententiam: Ratio deprecatur ad optima, hanc etiam quibusdam sacris sententiis conantur confirmare, item eo, quod philosophi disputant, rectam rationem esse causam omnium virtutum. Haec quidem non nego esse vera, cum transferuntur ad res rationi subiectas ad gubernandas pecudes, aedificandam domum, conserendum agrum, sed in rebus superioribus non sunt vera. Quomodo enim recta ratio dici potest, quae odit Deum? Quomodo voluntas bona dici potest, quae Dei voluntati resistit ac Deo parere recusat? Quando igitur dicunt, ratio deprecatur ad optima, dictu ad optima politice, hoc est, de quibus ratio potest iudicare, ibi ducit ad honestum et utile corporale seu carnale. Ceterum, cum plena sit ignorationis Dei et aversionis a voluntate Dei, quomodo potest in hoc gradu bona dici? Notum autem est, cum praedicatur notitia Dei et hoc agitur, ut ratio restituatur, tunc, qui optimi sunt et melioris, ut sic dicam, rationis ac voluntatis hi tanto acerbius Evangelium oderunt. Neque φιλοσοφώτατο Philippo, ubi veritatis causam agere, debuit, alia mens exstitit. Enimvero eius invectiva est, dum quorsum, inquit,^{mm} haec stultitia? Malle ad naturae leges, quam ad divinas exigi hominum mores? Cum falli iudicium naturae possit, divinae legis non possit. An vero non fefellit uspiam philosophos ratio, quae eis tot sectarum et dissensionum auctor est? Quorsum haec amentia, absolutam virtutem humanis conatibus potius, quam divini Spiritus operae tribuere? Quum et

^{mm} In Oratione, quam pro Luthero sub nomine Didymi Faventini contra Thomam Placentinum hominem personatum edidit. Op[era quae supersunt omnia] II., p. 48.

vyvracia stoikov i aristotelikov. Hovorí: „Ako protiargument stavajú Aristotelovu myšlienku „rozum sa vrúcne doprosuje toho, čo je najlepšie,“ ktorú sa pokúšajú potvrdiť nejakými posvätnými témami, a tiež aj tým, čo filozofi skúmajú, že pravé poznanie je príčinou všetkých cností. Netvrdím, že tieto myšlienky nie sú pravdivé, keď sa používajú pri záležitostiach, ktoré sú podriadené rozumu, pri chovaní dobytká, pri výstavbe budov, pri osiatí polí, ale vo vznešenejších záležitostiach pravdivé nie sú. Ako môže byť nazvané pravým zmýšľaním to, ktoré nenávidí Boha? Ako môže byť nazvaná pravou vôľou tá, ktorá odporuje Božej vôli a zdráha sa poslúchať Boha? Keď teda hovoria „rozum sa vrúcne doprosuje toho, čo je najlepšie,“ nuž ty, politik, povedz: k tomu, čo je najlepšie, znamená, že v záležitostiach, ktoré môže rozhodnúť rozum, privádza k vznešenému a užitočnému i to telesné a biologické. Na druhej strane, keď je plný nepoznania Boha a odmietania Božej vôle, ako môže byť nazvaný v tejto úrovni dobrým? Je však známe, keď sa ohlasuje poznávanie Boha a ide o to, aby sa obnovilo postavenie rozumu, vtedy tí, ktorí sú najlepší, alebo ktorí majú lepšie myslenie a vôľu – aby som tak povedal – ešte vášnivejšie nenávidia evanjelium.“^{ll} Ani filozoficky najpodkutejšiemu Filipovi (Melanchtonovi), keď mal preberať kauzu pravdy, neprišla na um iná myšlienka. Vskutku jeho invectiva je v tom, keď hovorí: „Načo je táto hlúposť? Radšej chcieť mravy ľudí nastavovať zákonom prírody než k zákonom Božím? Keďže úsudok prirodzenosti môže byť oklamaný, ale úsudok božského zákona nie. Či neoklamal niekde filozofov rozum, ktorý je pôvodcom toľkých filozofických škôl a sporov? K čomu je táto pomätenosť pripisovať dokonalú mravnosť radšej úsiliu človeka než pôsobeniu Božieho Ducha? Keď aj niektorí filozofi

^{ll} Tamže, III, 1.

philosophi quidam innasci verius, quam parari nostro sudore virtutem docuerunt.

Denique quod ad *impulsivum* adinet principium, haud equidem dubitarim, mea hic facere verba, Arnoldi Geulingii.ⁿⁿ *Omnes, inquit ille, seduxit philautia! Neminem hic eximium facio, ne magnum quidem Platonem, qui eximendus erat, fateor, si quisquam alius.* Omnino enim quidquid praeclari suscipiebant gerebantve gentiles, id omne philautia, tamquam contagione pestilentissima corrumpebant ad gloriam, comoda et voluptatem insani nisu grassantes.

Nam et gloria perurente gesserunt Romani, scribit iterum Lutherus,^{oo} ipsismet testibus, quidquid virtutis gesserunt. Ita et Graeci, ita et Iudaei, ita et omne genus hominum. Sed ut sit hoc honestum apud homines, apud Deum tamen nihil est inhonestius, immo ipsissimum et summum sacrilegium, nempe quod non pro gloria Dei egerunt, nec ut Deum glorificaverunt, sed impiissima rapina, Deo gloriam rapientes et sibi adtribuentes, numquam magis inhonesti et turpes fuerunt, quam dum in summis virtutibus fulserunt. Quomodo pro gloria Dei agerent, cum Deum et gloriam eius ignorarent? Non quod non adpareret, sed quod caro non sinebat eos videre gloriam Dei, prae insania in gloriam propriam. Habes igitur spiritum illum igemonicum, (ἡγεμονικὸν) principalem partem hominis ad honesta nitentem id est latronem gloriae divinae et maiestatis adfectatorum, tum maxime, cum sint honestissimi et summis virtutibus illustrissimi. Vides expressam gentilis philautiae in consecranda virtute imaginem, quam si animis conciperent, iuventutis christianae

ⁿⁿ In praef[atione] libelli ethici: Γνωθι σεαυτον.

^{oo} Contra Erasmum, Tom. III. Ien[ae] Lat[in]e]. p. 211 b.

učili, že je správnejšie pokladať cnosť za vrodenu než získanú vlastnou námahou.“^{mm}

Napokon to, čo patrí k podnetovému princípu, nepochybne za mňa sformuloval Arnoldus Geulingius. Tento hovorí: „Všetkých zavádza samolúbosť. Nikoho výnimočného na tomto mieste neuvádzam, ale ani nezapieram veľkého Platóna, ktorého bolo treba vybrať ako výnimku, ak by sa vôbec našiel ešte niekto iný.“ⁿⁿ Nech sa totiž pohania podujali vykonať čokoľvek slávne, predsa sa kráčajúc s nezmyselným nasadením za slávou, výhodami a pôžitkom skazili veľmi nákazlivou samolúbosťou.

Luther opätovne píše: „Lebo Rimania aj pre páľčivú túžbu po sláve – svedčia o tom oni sami – vykonali všetko to, čo vykonali, ako prejav cnosti. Rovnako aj Gréci, Židia, aj celé ľudstvo. Ale akokoľvek je toto čestné u ľudí, predsa u Boha nie je nič hanebnejšie, ba je to najvlastnejšia a najvyššia svätokrádež, veď nekonali pre slávu Boha ani preto, aby Boha oslávili, dokonca je to najbezbožnejšia lúpež, keď Boha okrádali o slávu a prisúdili ju sebe. Veď nikdy neboli ľudia nečestnejší a nemravnejší, ako keď sa vystatovali najvyššími cnosťami. Ako by mohli žiť pre slávu Boha, keď Boha a jeho slávu nepoznajú? Nie pretože by sa neprejavovala, ale pretože telo nestrpelo, aby videli božiu slávu, lebo v ich nerozumnosti im išlo o vlastnú slávu. Máš teda onoho vodcovského ducha, najdôležitejšiu časť človeka, ktorá sa upína k ušľachtilosti, tá je zlodejom božskej slávy, nárokovateľom jeho vznešenosti, a to predovšetkým hlavne vtedy, keď sú ľudia až priveľmi ušľachtilí a slávnici vďaka svojim dokonalým cnostiam.“^{oo} Vidíš obraz ľudskej samolúbsosti, ktorá sa odráža v honbe za cnosťou. Keby vychovávatelia kresťanskej mládeže týmto obrazom nadchli

^{mm} V reči na obhajobu Luthera, ktorú vydal pod pseudonymom Didymus Faventius proti zamaskovanému Tomášovi z Placenzy, Opera, II č., s. 48.

ⁿⁿ V príhovore etického diela Poznaj sám seba.

^{oo} Proti Erazmovi, kap. III., s. 211.

formatores, haud profecto sicuti iam fieri videas, iisdem istis auctoramentis creditam sibi aetatem teneram ad virtutem ethnicam erudirent vel potius turpissimo vitiorum coeno demergerent.

§ XII. Isti cum sint virtutis ethicae fontes, facile erit de ipsa eius indole atque natura iudicare. Generatim Lactantius:⁹⁹ *Determinanda est virtus, quam non recte philosophi definierunt, quid esset aut in quibus rebus, quid operis, quid habeat officii. Nomen itaque solum retinuerunt, vim vero et rationem et effectum perdididerunt. Iusta est querela sive stoicos aestimes sive peripateticos. Illi enim tunc sibi videntur et vitii expertes et praediti virtute cum vel supresserunt, vel extinxerunt adfectus,¹⁰⁰ eaque via ad tranquillitatem animi vitamque beatam, si credere fas est, eluctati sunt. Quam sane ἀπάθειας adfectionem non absurdam minus quam irritam esse, virtutemque producere maneam et exanimem, immo nullam nemo sanus non videt. Sed Peripatetici magistro Aristoteli credentes ὅτι κατὰ μὲν τὰ πάθη οὐτ' ἐπαινούμεθα, οὐτε ψεγόμεδα, quod adfectuum caussa, neque laudemur, neque vituperemur, omnem in eo locandam operam volunt, ut ad μετροπάθειαν pertingant supervacua et hi opera. Enimvero tunc homo sibi relictus, adfectus recte moderabitur, cum natura ex se mala esse desinet. Sed τῆς ἐμπαθείας patronos, puta Epicuri de grege porcos,¹⁰¹ vix mentione dignos existimamus. Aristoteles interim suae illi mediocritati universum*

⁹⁹ Lib. VI. cap. V. p. m. 297.

¹⁰⁰ Platonicos, stoicis in ista caussa adnumeramus quippe ἀπάθειαν in purgatoriiis, quas vocabant virtutibus consecrantes. Vide Iac[obum] Thomasium Praef[at]io LV., p. 323.

¹⁰¹ Ita eos adpellat Horatius, lib. I. Epist[ula] IV. u[t] ult[ra].

ich mysle, potom je isté – a dnes už môžeš vidieť, že sa to tak deje – že by vzdelávali krehkú mládež, ktorá im bola zverená, v pohanskej mravnosti za ten istý plat alebo – a to ešte skôr – by ju veľmi ohavne potopili do bahna nerestí.

§ XII. Pretože títohľa sú prameňmi pohanskej morálky, ľahko bude posúdiť ich podľa samotnej povahy a prirodzenosti. Všeobecne Lactantius: „Cnosť, ktorú filozofi nesprávne definovali v zmysle, čo ona je alebo kde sa nachádza, je potrebné vymedziť v zmysle, čím je alebo v akých veciach je, čo je jej dielom, aké má povinnosti. A tak zachovávali samotné meno, ale vzdali sa jej sily aj spôsobu a účinku.“⁹⁹ Oprávnené sú náreky, či už posudzujú stoikov alebo peripatetikov. Sami o sebe sa totiž domnievajú, že vtedy sú bez chyby a vynikajú mravnosťou, keď potlačia alebo uvedú do zabudnutia afekty.¹⁰⁰ Tuto cestou sa síce s námahou, ale predsa len prebojujú k duševnému pokoji a blaženému životu, ak sa v to dá veriť. Že je toto domáhanie sa *apatheie* rovnako absurdné ako márne a že vytvára cnosť neúplnú a bezduchú, ba priam nijakú, to musí vidieť každý, kto má zdravý rozum. Ale peripatetici veriac učiteľovi Aristotelovi ὅτι κατὰ μὲν τὰ πάθη οὐτ' ἐπαινούμεθα, οὐτε ψεγόμεδα, že *kvôli afektom nám nepatrí ani chvála ani hana*, chceli postaviť každé úsilie na ňom, aby aj oni dosiahli μετροπάθειαν – mieru vo vášňach. Zbytočná snaha! Veď vtedy človek ponechaný na seba bude skutočne ovládať pocity, keď prirodzenosť sama zo seba prestane byť zlá. Ale sotva pokladáme za hodných čo i len spomenutia ochrancov τῆς ἐμπαθείας, teda sviň z Epikurovho stáda.¹⁰¹ Aristotelés medzitým vypracoval celú sústavu

⁹⁹ C. d. VI, 5, 297.

¹⁰⁰ Pravda platonikov a stoikov pripočítavame z tohto istého dôvodu, pretože apatheiu hľadali v takzvaných očistných cnostiach. Pozri Jakub Thomasius Predhovor, LV, s. 323.

¹⁰¹ Tak ich nazýva Horatius, Listy I, IV.

ethices, quod commentus est, systema superstruxit. Ita enim virtutem definit:^{tt} ἔστιν ἄρα ἡ ἀρετὴ, ἕξις προαιρετικὴ ἐν μεσότητι οὐσα, τῇ πρὸς ἡμᾶς ὠρισμένη λόγῳ, καὶ ὡς ἂν ὁ φρόνιμος ὀρίσειε. Μεσότης δὲ δύο κακιῶν, τῆς μὲν καθ' ὑπερβολὴν τῆς δὲ καθ' ἔλλειψιν, - - ἐν τε τοῖς πάθεσι, καὶ ἐν ταῖς πράξεσι. Hoc est: *Virtus est habitus electivus consistens in mediocritate, quoad nos ratione definita et quidem prouti prudens definitur. Est vero mediocritas inter duo vitia, quorum alterum in excessu peccat, alterum in defectu atque id, cum in passionibus tum in actionibus etiam.* Non potuit non ista virtutis definitio perversae naturae, vehementer placuisse. Profecto enim mediocritas Aristotelica, quam ille beatos suos tenere iubet, semita est viae latae et *plaustrariae* ducens ad damnationem, quippe quae excusationem magis et impunitatem civilem, quam vitiositatis emendationem praestat, sensumque vanum et impurum, animo non excutit, sed ita dirigit, ut, qui eo ducuntur, tanto confidentius peccent intra modum praescriptum, quo minus metuenda est turpitudinis nota, vel quo certius speranda etiam est opinio virtutis et laus animi moderati.^{uu}

§ XIII. Obvium hoc erit planumque examinaturis virtutes illas *undecim*, quas Aristoteles ad aulae Macedonicae, cuius assentator fuit habitum effinxit. Prima ei virtutum moralium fortitudo est, quam ille mirifice extollit. Caussam ne quaeras, haec ipsa est, quod Philippo et discipulo suo Alexandro placere voluit, utrique ad temeritatem

^{tt} Nicomacheorum lib. II. cap. VI. confer cum his nostris, quae de ethica Aristotelis adnotavit, laudatus supra Barbeyrae, loco eodem p. LV. seqq.

^{uu} Vide cl[ari] Vockerodti Consultat[iones] de litterar[um] stud[iis], Consultat[io] XXVIII. de fugienda impietate in artis formam redacta § III.

všeobecnej etiky v zmysle svojej strednej cesty, čo si vymyslel. A tak cnosť definuje takto: ἔστιν ἄρα ἡ ἀρετὴ, ἕξις προαιρετικὴ ἐν μεσότητι οὐσα, τῇ πρὸς ἡμᾶς ὠρισμένη λόγῳ, καὶ ὡς ἂν ὁ φρόνιμος ὀρίσειε. Μεσότης δὲ δύο κακιῶν, τῆς μὲν καθ' ὑπερβολὴν τῆς δὲ καθ' ἔλλειψιν, - - ἐν τε τοῖς πάθεσι, καὶ ἐν ταῖς πράξεσι.^{tt} To je: „Cnosť je voliteľný stav nachádzajúci sa v prostriedku, určený úsudkom vzhľadom na nás, akoby ho určil rozumný človek. A vskutku je to stred medzi dvoma nerestami, z ktorých jedna sa prevíňa nadbytkom, druhá nedostatkom, a to ako vo vášňach, tak aj v konaní.“ Táto definícia mravnosti sa náramne musela zapáčiť zvrátenej prirodzenosti. Rozhodne však aristotelovská prostrednosť, ktorú onen prikázal svojim šťastným dodržiavať, je chodníkom širokej a vydláždenej cesty vedúcej do odsúdenia. Zaiste táto poskytuje viac ospravedlnenie a občiansku beztrnosť než nápravu neresti a neodháňa z ducha zmysel pre prázdnotu a nečistotu, ale tak ho riadi, aby tí, ktorí sú ním vedení, o toľko dôvernejšie sa prevíňovali v rámci predpísaného spôsobu, o koľko menej sa treba obávať znaku potupenia alebo o koľko istejšie je treba dúfať, že domnienka cnosti a chvála ducha bola zachovaná.^{uu}

§ XIII. Toto bude ústretové a jasné pre tých, čo hodlajú skúmať oných jedenásť cností, ktoré Aristotelés vyobrazil na spôsob macedónskeho kráľovského dvora, ktorého pochlebovačom bol.⁶ Prvou mravnou cnosťou je preňho udatnosť, ktorú vyzdvihuje neuveriteľným spôsobom. Nepátraj po príčine, spočíva iba v tom, že sa chcel zapáčiť Filipovi a svojmu žiakovi Alexandrovi – obidvom prchkým až do stupňa

^{tt} Etika Nikomachova II, 6. Porovnaj s tými našimi prácami, ktoré zaznamenal o Aristotelovej etike vyššie pochválený Barbeyrac, na tom istom mieste, s. 55.

^{uu} Pozri slávneho Vockerodta Úvahy o počiatkoch vedeckého bádania, XXVIII. úvaha o úteku z bezbožnosti spracovaná v umeleckej forme.

⁶ Aristotelés bol v rokoch 343/342 na dvore 13-ročného Alexandra, ktorého vzdelával najmä v etike a politike.

usque feroci. Ita vero suam hanc virtutem desinit,^{vv} ut nequiverit imperfectius. Ἀνδρία μεσότης ἐστὶ περὶ φόβους καὶ θάρρη. *Fortitudo mediocritas est inter metum et audaciam.* Nempe nemo non improborum hominum, dum istis limitibus designari audit fortitudinem, fiducia sui ferociaque abreptus sibi ipsi de praeclarae alias virtutis possessione blandietur. Temperantia sequitur, quae ipsi est:^{xx} Μεσότης περὶ ἡδονὰς, *Mediocritas circa voluptates*, gustus in primis et tactus. En pallium epicureismi, sub quo ad artis praescriptum voluptatibus coinquinari, tamdiu licitum est, dum non migretur numquam obtinenda mediocritas. Quae, quod frustra a natura humana requiratur, ipse non diffitetur Aristoteles, cum *extremorum* huius virtutis, alterum nimirum ἀναισθησίαν, vix reperiri posse^{yy} existimat. Ἐλλείποντες δὲ περὶ τὰς ἡδονὰς, καὶ ἦττον' ἢ δεῖ χάρωντες, οὐ πάνυ γίνονται· οὐ γὰρ ἀνθρωπικὴ ἐστὶν ἡ τοιαύτη ἀναισθησία. *In defectu*, inquit, *peccantes circa voluptates, iisque minus, quam oporteret gaudentes, haud omnino reperiuntur. Neque enim humanae conformis est naturae hic istiusmodi stupor.* Hoc si est, fateatur, oportet, philosophus aut beatos suos numquam in voluptatibus modum adhibituros aut aliter esse designandam temperantiam.

Iam liberalitas Aristotelica, quin imaginem referat pharisaicae munificentiae, is fortassis dubitaverit, cui memoria exciderit gravis illa Christi oratio, quae exstat apud Mathaeum.^{zz} Revera enim quidquid virtutis huic quoque mediocritati inesse creditur, πρὸς τὸ θεαθῆναι comparatum est. Audi philosophum.^{aaa} Ἐλευθεριότης δοκεῖ

^{vv} Nicomach[eorum] lib. III. cap. IX.

^{xx} Ibid. cap. XIII.

^{yy} Ibidem cap. XIV.

^{zz} Cap. VI., 1. – 4. coll., c. XXIII, 5.

^{aaa} Nicomach[eorum] lib. IV. cap. I. initio.

úplnej zaslepenosti. Túto svoju cnosť však definoval tak, že nedokonalejšie už ani nemohol.^{vv} Ἀνδρία μεσότης ἐστὶ περὶ φόβους καὶ θάρρη. Smelosť je v strede medzi strachom a drzosťou. Pravda, každý bezcharakterný človek uchvátený sebadôverou a neohrozenosťou si bude lichotiť, ak začuje, že statočnosť sa ohraničuje týmito medzami. Nasleduje striednosť, ktorá je pre Aristotela Μεσότης περὶ ἡδονὰς^{xx} strednosťou vzhľadom na pôžitky, a to predovšetkým vzhľadom na chuť a hmat. Hľa epikurejské rúcho, pod ktorým bolo podľa pravidiel vedy tak dlho dovolené poškvriňovať sa rozkošami, dokiaľ sa neprestupovala stredná cesta, ktorú treba dosiahnuť. Že sa márne po nej pátra v ľudskej prirodzenosti, to nepopiera ani sám Aristotelés, keď sa domnieva, že len sotva sa môže objaviť iná krajnosť tejto cnosti ἀναισθησίαν „bezcitnosť“. Hovorí: Ἐλλείποντες δὲ περὶ τὰς ἡδονὰς, καὶ ἦττον' ἢ δεῖ χάρωντες, οὐ πάνυ γίνονται· οὐ γὰρ ἀνθρωπικὴ ἐστὶν ἡ τοιαύτη ἀναισθησία.^{yy} „Ludia, ktorí sa voči rozkošiam prehrešujú nedostatkom túžby, alebo tým, že im prinášajú menej radosti, ako by sa patrilo, sa vôbec nevyskytujú. Totiž táto „bezcitnosť“ nie je v tomto smere v zhode s ľudskou prirodzenosťou.“ Ak to je takto, treba, aby filozof priznal, že buď jeho blažení jedinci nebudú poznať mieru v rozkošiach, alebo že treba zdržanlivosť charakterizovať inak.

Už je na rade aristotelovská štedrosť, ktorú pripomína dokonca obraz farizejskej štedrosti. A tak azda by zapochyboval ten, komu sa vryla do pamäti známa vážna Kristova reč, ktorú nachádzame u Matúša.^{zz} V skutočnosti sa totiž verí, že nejaká mravnosť je súčasťou aj v tejto strednosti a vystavuje sa na obdiv. Počúvaj slová filozofa:

^{vv} Etika Nikomachova III, 9.

^{xx} Ibidem III, 13.

^{yy} Ibidem III, 14.

^{zz} Mt, 6, 1 – 4; 23, 5.

εἶναι περὶ χρήματα μεσότης. ἐπαινεῖται γὰρ ὁ ἐλευθέριος - - - περὶ δόσιν χρημάτων καὶ λῆψιν μᾶλλον δὲ ἐν τῇ δ'σει. *Liberalitas videtur esse mediocritas circa facultates. Laudatur enim liberalis in dandis aut accipiendis opibus, magis tamen in dandis.* ἔπανος ergo, seu *laus* huius quoque virtutis auctoramentum est. Neque melior, quae hanc excipit magnificentia est.^{bbb} ἡ Μεγαλοπρέπεια, οὐχ ὥσπερ ἡ ἐλευθεριότης διατέινει περὶ πάσας τὰς ἐν χρήμασι πράξεις, ἀλλὰ περὶ τὰς δαπανηρὰς μόνον· ἐν τούτοις δ' ὑπερέχει τῆς ἐλευθεριότητος μεγέθει. *Magnificentia non sicuti liberalitas ad omnes dispensandarum facultatum actus sese extendit, sed ad sumtuosos tantum atque in his magnitudine antecellit liberalitati.*

Nimirum peripateticam hanc magnificentiae notionem, speciosum esse fastusque titulum, ipsa, quae ei adsignat, *extrema*, palam produnt: Hinc enim μικροπρέπειαν, *indecoram parsimoniam*, *illinc vero* βαναυσίαν καὶ ἀπειροκαλίαν, *ineptam decorique expertem magnificentiam* collocat. Adeo illi ad regulam superbire virtus est. Porro magnanimitatem ita describit Aristotelis:^{ccc} Ἡ Μεγαλοψυχία περὶ μεγάλα μὲν καὶ ἐκ τοῦ ὀνόματος ἔοικεν εἶναι, - - - δοκεῖ δὲ ὁ μεγαλόψυχος εἶναι ὁ μέγλων αὐτὸν ἀξιῶν, ἄξιος ὢν. Huc redit sententia: *Magnanimitatem circa maxima quaeque occupari ex ipso eius adparere nomine, magnanimum autem eum esse, qui se magnis honoribus dignum existimet.* Placuisse Aristotelis hanc magnanimitatem ethnicis nihil miror, fuerunt enim, sicuti Tertullianus loquitur, *gloriae animalia et popularis aulae vilia mancipia*, illud profecto culpa non caret, quod Christiani defensandam eam sibi sumserunt.

^{bbb} Lib. IV. cap. IV.

^{ccc} Ibid. cap. VII. Legenda hic est b[eati] Kortholti Dissert[at]io de magnanimitate Arist[otelis] Christianae modestiae, aliisque veris virtutibus inimica. Kil[on]ii 1690.

Ἐλευθεριότης δοκεῖ εἶναι περὶ χρήματα μεσότης. ἐπαινεῖται γὰρ ὁ ἐλευθέριος - - - περὶ δόσιν χρημάτων καὶ λῆψιν μᾶλλον δὲ ἐν τῇ δ'σει.^{aaa} Zdá sa, že štedrosť je strednosťou medzi možnosťami. Chvália totiž toho, kto je štedrý v dávaní alebo prijímaní peňažných prostriedkov, predsa však väčšmi v ich dávaní. Teda ἔπανος čiže chvála aj pri tejto cnosti je plácou. A o nič lepšie nie je na tom veľkorysosť, ktorá na ňu nadväzuje: ἡ Μεγαλοπρέπεια, οὐχ ὥσπερ ἡ ἐλευθεριότης διατέινει περὶ πάσας τὰς ἐν χρήμασι πράξεις, ἀλλὰ περὶ τὰς δαπανηρὰς μόνον· ἐν τούτοις δ' ὑπερέχει τῆς ἐλευθεριότητος μεγέθει.^{bbb} Veľkorysosť sa na rozdiel od štedrosti netýka všetkých úkonov rozdeľovania prostriedkov, ale len tých, ktoré sú veľmi nákladné a nimi veľkosti vyniká nad štedrosťou.

Totiz' verejne sa hovorí, že známa predstava peripatetikov o veľkorysosti je sama o sebe úctyhodnou nálepkou pýchy a márnivosti. A ešte aj tie krajnosti, ktoré jej Aristotelés prideluje, to verejne prezrádzajú. Na jeden kraj umiestňuje μικροπρέπειαν, mrzkú sporovlivosť, na druhý kraj zasa βαναυσίαν καὶ ἀπειροκαλίαν – hlúpu a nevkusnú okázalosť. Preto je pre Aristotela cnosťou vynikať uprostred nich. Ďalej takto popisuje ctižiadosť: Ἡ Μεγαλοψυχία περὶ μεγάλα μὲν καὶ ἐκ τοῦ ὀνόματος ἔοικεν εἶναι, - - - δοκεῖ δὲ ὁ μεγαλόψυχος εἶναι ὁ μέγλων αὐτὸν ἀξιῶν, ἄξιος ὢν.^{ccc} Tu sa vracia myšlienka: „Ctižiadosť sa dosahuje vzhľadom na to najvyššie, čo je zrejmé zo samotného jej mena. Avšak ctižiadosťivý je ten, kto sa považuje za hodného veľkých pôct.“ Nečudujem sa, že sa pohanom zapáčila táto Aristotelova ctižiadosť, boli aj takí, ako hovorí Tertullianus „živočíchy slávy a lacní otroci popularity“. Rozhodne to nie je bez viny, že sa ujali jej obhajoby pre seba aj kresťania.

^{aaa} Etika Nikomachova IV, 1.

^{bbb} Etika Nikomachova IV, 4.

^{ccc} Ibid. IV, 7. Tu je treba si prečítať Kortholtovu Dizertáciu o vznešenosti aristotelovsko-kresťanskej miernosti, ktorá je škodlivá vzhľadom k ostatným skutočným cnostiam. Kil. (?), 1690.

Quid enim quaeso? Spiritui Christi, qui mitis est ac submissus, adversum magis est atque oppositum, Aristotelica ista honorum cupiditate, quippe quae mentem suae sibi consciam tenuitatis, adeoque honores aversantem, non modo in vitio ponit, sed atque stulta ac ventosa ambitione, deteriore facit. Sic enim scribit:^{ddd} Ἀντιτίθεται τῇ Μεγαλοψυχία ἢ Μεκροψυχία μᾶλλον τῆς Χαυνότητος· καὶ γὰρ γίνεταί μᾶλλον, καὶ χειρόν ἐστι. *Opponitur*, inquit, *magnanimitati animus demissus magis, quam stultae et ventosa ambitio. Nam et saepius evenit et deterior est. Atque ex huius indole virtutis de modestia quoque Aristotelica ferri poterit iudicium. Mansuetudo profecto, quam tradit,^{eee} ita comparata est, ut artem potius credas, modumque ulciscendarum iniuriarum, quam virtutis qualemcunque speciem. Πραότης ἐστὶ μεσότης περὶ ὀργάς. *Mansuetudo, mediocritas est circa iras. Ista quidem hactenus nihil morabimur. Quae sequuntur egregie mediocritatem illa describunt. Ὁ μὲν οὖν ἐφ' οἷς δεῖ καὶ οἷς δεῖ, ὀργιζόμενος, ἔτι δὲ καὶ ὡς δεῖ καὶ ὅτε, καὶ ὅσον χρόνον, ἐπαινεῖται. Istud vult: qui debita caussa, iis id meriti sunt praeterea ad eum modum eo tempore et tam diu sicuti oportet, irascitur, laudem habet mansuetudinis. Quis non videt, frena sic laxari iracundiae contra quam est apud Paullum^{fff} Ὀργίζεσθε, καὶ μὴ ἁμαρτάνετε. ὁ ἥλιος μὴ ἐπιδυέτω ἐπὶ τῷ παροργισμῷ ὑμῶν. *Irascimini at ne peccetis, neve sol occidat iratis vobis. Sed Aristoteles, suae huic virtuti opponit, partim Ὀργιλότητα, iracundiam nempe, quae ad regulam illam non redigitur, partim Ἀοργησίαν, lenitatem irasci nesciam, quam et stoliditatem, adpellat: οἱ μὴ ὀργιζόμενοι ἐφ' οἷς δεῖ, ἡλίθοι δοκοῦσιν εἶναι. Qui, inquit, iusta caussa non***

^{ddd} Lib. IV. cap. IX.

^{eee} Ibid. cap. XI.

^{fff} Ephes. IV, 26.

